Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

potestatem habens. & statim sanus factus est. Cum uero adsepeliendũ cor-
pus illius deferretur: in hora egressionis feretri abasilica sancti stephani cœ
li aperti sunt. uiamq; omnibus apertione sua ostenderunt. quo membra bea
ti ministris tumulanda deferre debuissent. Semper enim illis pgentibus
aperiebantur cœli. usq; ad locum sepulturę: Quantus illic fletus. quã inmu
merus populorum luctus. quantus clericorum & laicorum extitit gemi
tus. nec simille haberem linguas educere ualerem. Conuenebant preterea
ad exequias sepulturę multi demoniaci. & ceci. ac diuersis infirmitatibus
oppressi. qui adeum uidendum exlonginquis regionibus aduenerant
licet eum minime uidere potuissent. Beatus autem alpinianus accipiẽs
sudarium beati pontificis tangebat infirmorum corpora. & adxpi inuo
cationem nominis cunctos sanitati restituebat: Inter reliquos uero infir-
mos qui ediuersis mundi partibus adfuerunt: non debemus silentio
tegere ydropicum quendam extolosana urbe aduectum. comitante se
sene cecorum numero. cum demoniacis quatuor sequenti die post obi
tum beatissimi pontificis adsepulchrum illius representatos. Quos uidẽs
beatus alpinianus more solito accepto sudario sanctissimi sacerdotis & im
posito super eos. cunctos restituit integre incolumitati. Quia uero & in
numera psanctissimum presulem postquam tumulariam meruit sepul
turam xpi clementia opata est miracula. Adsit nobis ille dese loquentib;
qui in urbe extitit pastor pius. ut orationibus eius muniti. hereditatis eter
ne meretamur participes. adipisci. A O E H. Finit uita s. marcialis.

TEMPORE QUO CARUS Incipit passio s. Januarii sociorũ eius.
cesar monarchiam regni romani tenuit. contigit. ut gens psarum
dudum subacta romanis rebellandi tumultus concitasset. Quo compto pre-
dictus cesar ut in romanorum gestis scriptum reperitur: coacto innum
exercitu aduentem profectus res nobiles contra persas gessit. prelio eos
fudit. Et post victoriam regrediens sup tigridem castra posuit. & fulmi
ne ibidem mortuus filium numerianum relinquens heredem regni. Qui sta
tim in initio regni sui apri generi sui insidiis deceptus pit. Post cuius
mortem diocletianus ab exercitu constitutus est cesar ut obscurissime
natus. ita ut quidam dicant eum ex anuli senatoris libertum. quidam
cuiusdam scribe filium. qui potestate accepta multa inordinate pro tum
regnum romanorum disposuit. maxime tamen contra xpianos. quos in
tantum psecutus est. ut nullus ante eum in psequendis seruis dei similis
inuenireturr: Nam per se ipsum nec non & psuffectos ministros tanta cru